



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LXXI. De peccatis & vitijs secundum se.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

nicatione concepta, quibus gaudium tranquillitatis opponitur. Idolorum autem seruitus, per quam bellum est gestum aduersus euangelium Dei, opponitur paci. Contra ueneficia autem, inimicitias, & contentiones, animositates, amulationes, & dissensiones opponuntur longanimitas ad sustinendum mala hominum, inter quos uiuimus, & ad curandum benignitas, & ad ignoscendum bonitas. Haresibus autem opponitur fides: inuidie mansuetudo: ebrietatibus & comestationibus continentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod id quod procedit ab arbore contra naturam arboris, non dicitur esse fructus eius, sed magis corruptio quadam. Et quia uirtutum opera sunt connaturalia rationi, opera uero uitiorum sunt contra rationem; ideo opera uirtutum fructus dicuntur, non autem opera uitiorum.

Ca. 4. par. 4. inter med. & hanc.

AD SECVNDVM dicendum, quod bonum contingit uno modo, malum uero omnifariam, ut Dionysius dicit quarto capit. de Diu. no. Vnde & uni uirtuti plura uitia opponuntur: & propter hoc non est mirum, si plura ponantur opera carnis, quam fructus spiritus.

Incorp. art.

AD TERTIVM patet solutio ex dictis.

Super quest. septima secundam primam.

QVAESTIO LXXI.

De uitijs, & peccatis, in sex articulos diuisa.

IN titulo q. 71. & articulo aduer Nouicie, quod licet tractando de uirtutibus non fuerit distinctum de uirtutis habitu; & actus eius in uocabulis, quia caremus illis nominibus: tamen in hoc tractatu habemus nomina: & uirtuti quidem nomine habitum uirtutis significamus: peccati autem nomine actum ipsius uirtutis. propter quod author utrumque proponit in principio quaestionis, & in articulis distincte querit de eis. Atticus ergo esto quando de uitio, & quando de peccato est sermo.

Super quest. septuagesima prima articulo primum.

IN 1. articulo memor esto doctrinae posteriori: scilicet de peccato, & per se secundo, etiam essentialiter; & uidere poteris, quod sicut homini conuenit primo rationale, & consequenter animal, ita uirtuti sua differentia constituitur. & consequenter commune predicatum essentialiter, scilicet esse bonitatem. Manda quoque memoriae oppositionem & distinctionem horum trium, uirtutis, peccati, & malitia, ut possis intelligere sequentia.

Supra q. 68. ad 1. ad 2. & ueri. q. 14. r. 6. & ad 2. uiri. q. 1. art. 1. ad 1. & 5. & q. 2. art. 13. cor. 17.

CONSEQUENTER considerandum est de uitijs, & peccatis.

Circa quae sex consideranda occurrunt. Primo quidem, de ipsis uitijs & peccatis secundum se. Secundo, de distinctione eorum. Tertio, de comparatione eorum ad inuicem. Quarto, de subiecto peccati. Quinto, de causa eius. Sexto, de effectu ipsius.

CIRCA primum quaeruntur sex.

¶ Primo, Vtrum uitium contrarietur uirtuti.

¶ Secundo, Vtrum uitium sit contra naturam.

¶ Tertio, Quid sit peius, utrum uitium, uel actus uitiosus.

¶ Quarto, Vtrum actus uitiosus possit esse simul cum uirtute.

¶ Quinto, Vtrum in omni peccato sit aliquis actus.

¶ Sexto, De diffinitione peccati, quam Aug. ponit 22. contra Paulum, Peccatum est dictum, uel factum, uel concupitum contra legem aeternam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uitium contrarietur uirtuti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod uitium non contrarietur uirtuti. Vni enim non est contrarium, ut probatur in 10. Metaph. sed uirtuti contrariatur peccatum & malitia, non ergo contrariatur ei uitium, quia uitia di-

citur etiam si sit indebita dispositio membrorum corporaliu, & c. quatuor in quibus rerum.

¶ 2. Praet. Virtus nominat quendam perfectionem potentis, sed uitium nihil nominat ad potentiam pertinet. ergo uitium non contrariatur uirtuti.

¶ 3. Praet. Tullius dicit in 4. de Tusc. quae sit bonitas, quod uirtus est quaedam sanitas animae: sanitati autem opponitur egritudo, uel morbus, magis quam uitium. ergo uirtuti non contrariatur uitium.

SECVNDO CONTRA est, quod dicitur Aug. in li. de Perfectione iustitiae, quod uitium est qualitas, secundum quam malus est animus: uirtus autem est qualitas, quae facit bonum habentem, ut ex supradictis patet, ergo uitium contrariatur uirtuti.

RESPON. Dicendum, quod circa uirtutem duo possunt considerari: scilicet ipsam essentiam uirtutis, & id quod est uirtus. In essentia quidem uirtutis aliquid considerari potest directe, & aliquid ex consequenti. Directe quidem uirtus importat dispositionem quaedam alicuius conuenienter se habentis secundum modum suae naturae. Vnde Phil. dicit in 7. Phyl. quod uirtus est dispositio perfecta ad optimum, dico autem perfectam, quod est dispositum secundum naturam. ex consequenti autem sequitur, quod uirtus sit bonitas, & in hoc non consistit uirtus cuiusque rei bonitas, conuenienter se habet in modum suae naturae. Id autem quod uirtus ordinatur, est actus bonus, ut ex supradictis patet. Secundum hoc igitur tria inueniuntur opponi uirtuti, quorum unum est peccatum, quod opponitur sibi ex parte eius, ad quod uirtus ordinatur. Nam peccatum proprie nominatum inordinatum, sicut actus uirtutis est actus ordinatus, & debitus. Secundum autem quod ad rationem uirtutis conuenienter se habet, quod sit bonitas quaedam, opponitur uirtuti malitia, & in id quod directe est de ratione uirtutis, opponitur uirtuti uitium. Vitium enim uirtuti cuiusque rei esse uidentur non sit disposita secundum quod conuenit suae naturae. Vnde Aug. dicit in 3. de lib. arb. Quod perfectio naturae deesse per se peris, id uocatur uitium.

AD PRIMVM Dicendum, quod illa tria non contrariantur uirtuti secundum idem, sed peccatum uirtutum quidem contrariatur, secundum quod uirtus est operatiua boni, malitia autem secundum quod est bonitas quaedam, uitium autem proprie secundum quod est uirtus.

AD SECVNDVM Dicendum, quod uirtus non solum importat perfectionem potentiae, quae est principium agendi: sed etiam importat debitam dispositionem eius, cuius est uirtus. & hoc idem, quia uirtus quae operatur secundum quod actu est. Requiritur ergo quod aliquid sit in se bene dispositum, quod esse boni operatiuum, & secundum hoc uirtutum operatiuum.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Tullius dicit in 4. de Tusc. q. Morbi, & aegrotationes partes similitudinis. In corporibus enim morbum appellat corruptionem, puta febrem, uel aliquid in modum aegrotationem uero morbum cum inbecillitate, uitium autem, cum partes corporis inter se discordent. Et quamuis in corpore quandoque sit morbus sine aegrotatione, puta, cum aliquis est interius male dispositus, non tamen exterius praepeditur a solitis operationibus. In animo tamen, ut ipse dicit, haec debens inordinatum affectum, quod ex hoc inbecillitas reddatur ad debitas operationes exercendas, quae quaeque arbor ex suo fructu cognoscitur, id est, quanto ex opere, ut dicitur Matth. 12. sed uitium

ut Tull. ibidem dicit, est habitus, aut affectio animi A in tota uita inconstans, & a seipsa dissentiens. quod quidem inuenitur etiam absque morbo uel egritudine, utpote cum aliquo ex infirmitate, uel ex passionibus peccat. unde in plus se habet uitium, quam aegrotatio uel morbus: sicut etiam uirtus in plus se habet, quam sanitas. nam sanitas etiam quaedam uirtus ponitur in 7. Physi. & ideo uirtuti conuenientius opponitur uitium, quam aegrotatio uel morbus.

ARTICVLVS III.

Utrum uitium sit contra naturam.

AD SECVNDVM sic procedit. B

Adit. Videtur, quod uitium non sit contra naturam. Vitium enim contrariatur uirtuti, ut \* dicitur est: sed uirtutes non sunt in nobis a natura, sed causantur in nobis per infusionem, aut ab aetate dicitur, ut \* dicitur est. ergo uitia non sunt contra naturam.

¶ 2. Præ. Ea quæ sunt contra naturam, non possunt a se fieri, sicut lapis nunquam a se uescit ferri sursum, ut dicitur in 2. \* Eth. sed alii qui a se uesciunt ad uitia, ergo uitia non sunt contra naturam.

¶ 3. Præ. Nihil quod est contra naturam, inuenitur in habitibus illam naturam, ut in pluribus: sed uirtutes inueniuntur in hominibus ut in pluribus, quia sicut dicitur Matt. 7. Lata est uia, quæ ducit ad perditionem, & multi uadunt per eam. ergo uirtutes non est contra naturam.

¶ 4. Præ. Peccatum comparatur ad uitium, sicut actus ad habitum, ut ex supra dictis patet: sed peccatum diffinitur esse dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei, ut patet per \* Aug. 22. contra Faustum; lex autem Dei est supra naturam. magis ergo dicendum est, quod uitium sit contra naturam.

RESPON. Dicendum, quod sicut \* dicitur est, Vitium uirtuti contrariatur: uirtus autem uirtutis cuiusque rei consistit in hoc, quod sit bene disposita secundum conuenientiam suæ naturæ, ut \* supra dicitur est. unde oportet, quod in qualibet re uitium dicatur ex hoc, quod est disposita contra id quod conuenit suæ naturæ, unde & de hoc unaquæque res uituperatur. a uitio autem nomen uituperationis detractum creditur, ut \* Aug. dicit in 3. Deliber. arbit.

Sed considerandum est, quod natura uniuscuiusque rei potissime est forma, in quam res specie sortitur. homo autem in specie constituitur per animam rationalem. & ideo id quod est contra ordinem rationis, proprie est contra naturam hominis, in quantum est homo. quod autem est secundum rationem, est secundum naturam hominis, in quantum est homo. Bonum autem hominis est secundum rationem esse, & malum hominis preter rationem esse, ut Dio. dicit 4. c. de Diu. no. Unde uirtus humana, quæ hominem facit bonum, & opus ipsius bonum reddit, in quantum est secundum naturam hominis, in quantum conuenit rationi, uitium autem in quantum est contra naturam hominis, in quantum est contra ordinem rationis.

& magis mouentia & ratione prompta delectationis, & ratione imminenti oppositi contritantis in promptu. Ratio autem boni post gratiam percipitur, & parum cognoscitur, & parum mouet tam ipsum quam oppositum malum, tam culpe quam poenæ, ut experimur. Ostendit autem hæc humana natura infelicitas ipsam non esse eiusdem naturæ cum aliis, quas uidemus, sed alioe ingredi rerum ordinem, parum tamen de illo participado.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uirtutes etiam non causentur a natura secundum suum esse perfectum, tamen inclinant ad id, quod est, secundum naturam, id est, secundum ordinem rationis. Dicit enim \* Tull. in rhet. sua, quod uirtus est habitus in modum nature rationi consentaneus. & hoc modo uirtus dicitur esse secundum naturam, & per contrarium intelligitur, quod uitium sit contra naturam.

AD SECVNDVM dicendum, quod Phil. ibi loquitur de his quæ sunt contra naturam, secundum quod esse contra naturam, opponitur ei quod esse a natura, non autem secundum naturam quod esse contra naturam, opponitur ei quod esse esse secundum naturam eo modo quo uirtutes dicuntur esse secundum naturam, in quantum inclinant ad id quod natura conuenit.

AD TERTIVM dicendum, quod in homine est duplex natura, scilicet rationalis, & sensitua. Et quia per operationem sensus homo peruenit ad actus rationis, ideo plures sequuntur inclinationes nature sensitue, quam ordinem rationis. Plures enim sunt qui a se sequuntur principium rei, quam qui ad consummationem perueniunt. Ex hoc autem uitia, & peccata in hominibus proueniunt, quod sequuntur inclinationem nature sensitua contra ordinem rationis.

AD QVARTVM dicendum, quod quicquid est contra rationem artificiali, est etiam contra naturam artis, quia artificialium producitur. lex autem æterna comparatur ad ordinem rationis humanæ, sicut ars ad artificialium, unde eiusdem rationis est, quod uitium & peccatum sit contra ordinem rationis humanæ, & quod sit contra legem æternam. Unde \* Aug. dicit in tertio de Libro arbit. quod a Deo habent omnes nature, quod nature sunt, & in quantum sunt uitiosæ, in quantum ab eius, quæ factæ sunt, arte discedunt.

ARTICVLVS III.

Utrum uitium sit peius quæ actus uitiosus.

AD TERTIVM sic proceditur. B Videtur, quod uitium, id est, habitus malus, sit peius quæ peccatum, id est, actus malus. Sicut enim bonum quod est diuturnius, est melius, ita malum quod est diuturnius, est peius: sed habitus uitiosus est diuturnior, quæ actus uitiosus, qui statim transeunt. ergo habitus uitiosus est peior quæ actus uitiosus. ¶ 2. Præ. Plura mala sunt magis

Super quest. septima gesimæ primæ articulum tertium.

In articulo tertio in responsione ad primum nota, quod peius, & quid per accidens in habitu & actum iuxta doctrinam in corpore articuli, ut scias discernere, cum de nobilitate habitus & actus est disceptatio. Propter quod responsio ad tertium & si solum loquat comparando actum & habitum

Ca. 4. par. 4. non multum remore a fi.

li. 2. de inuentione in fol. 4. ante filib.

D. 295. 839.

c. 15. in prin. tom. 1.

Sup. 2. c. cor. Et mal. q. 2. ar. 2. ad 9. & ar. 5. ad 8.

bitum in nobilitate, & malitia: non tamen negatum inde putes actum esse simpliciter nobiliorem habitu. Ex ratione. n. allata in corpore, & explanata ad primū patet, quod actus simpliciter est nobilior & melior habitu, si cur actus simpliciter actu permittit potentia, & finis, eo quod est ad finem simpliciter. secundum quid autem inquantū per maneret in subiecto & habet in se virtutem liter actum, ut causa efficiens, non inconuenit excellere. Non enim proprie causa est uniuersalis, ut Sortes Platonis sed potius si cut semel, quod est secundaria causa infra uniuersalem, ad eandem. n. speciem spectat semen, & effectus, & habitus, & actus: sed effectus, & actus perfectiores sunt res talibus instrumentalibus causis, quam suis effectibus.

et p. to. 3.

D. 54. 53. 60.

In corp. ar.

Sup. q. 63. ar. 2. ad 2. & in 1. q. 73. ar. 1. ad 2. & q. 77. ar. 2. ad 3. & 2. 2. q. 24. ar. 12. & mal. q. 2. ar. 9. ad 13. & ut. p. 1. ad 3. ad 5.

ex hoc apparet, quod habitus non dicitur bonus, uel malus, nisi ex hoc, quod inclinatur ad actum bonum, uel malum. Unde propter bonitatem, uel malitiam actus, dicitur habitus bonus, uel malus, & sic potior est actus in bonitate uel malitia, quam habitus, quia, propter quod unumquodque tale, & illud magis est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil prohibet, aliquid esse simpliciter altero potius, quod tamen secundum quid ab eo deficit. Simpliciter. n. potius iudicatur quod præminet, quantum ad id quod per se consideratur in utroque; secundum quid autem quod præminet, secundum id quod per accidens se habet ad utrumque. Ostensum est autem ex ipsa ratione actus & habitus, quod actus est potior in bonitate & malitia quam habitus. Quod autem habitus sit diuturnior quam actus, accidit ex eo, quod utrumque inuenitur in tali natura, quæ non potest semper agere, & cuius actio est in motu transiente unde simpliciter actus est potior tam in bonitate, quam in malitia: sed habitus est potior secundum quid.

AD SECUNDVM dicendum, quod habitus non est simpliciter plures actus, sed secundum quid. i. uirtute. unde ex hoc non potest concludi, quod habitus sit simpliciter potior in bonitate, uel malitia quam actus.

AD TERTIVM dicendum, quod habitus est causa actus in genere causæ efficientis: sed actus est causa habitus in genere causæ finalis, secundum quod consideratur ratio boni & mali: & ideo in bonitate, & malitia actus præminet habitui.

fugienda quam unum malum, sed habitus malus uirtutem est causa multorum malorum actuum. ergo habitus uitiosus est peior quam actus uitiosus.

¶ 3 Præ. Causa est potior quam effectus; sed habitus perficit actum in bonitate, quam in malitia. ergo habitus est potior actu & in bonitate, & in malitia.

SED CONTRA. Pro actu uitioso aliquis iuste punitur, non autem pro habitu uitioso, si non procedat ad actum. ergo actus uitiosus est peior, quam habitus uitiosus.

RESPON. Dicendum, quod habitus medio modo se habet inter potentiam & actum, Manifestum est autem quod actus in bono & malo præminet potentie, ut dicitur in nono. \* Met. Melius est enim bene agere, quam posse bene agere, & similiter uituperabilius est male agere, quam posse male agere: unde etiam sequitur, quod habitus in bonitate & in malitia, medium gradum obtineat inter potentiam & actum, ut. sicut habitus bonus, uel malus præminet in bonitate, uel malitia potentie, ita etiam subdatur actui. quod est

ex hoc apparet, quod habitus non dicitur bonus, uel malus, nisi ex hoc, quod inclinatur ad actum bonum, uel malum. Unde propter bonitatem, uel malitiam actus, dicitur habitus bonus, uel malus, & sic potior est actus in bonitate uel malitia, quam habitus, quia, propter quod unumquodque tale, & illud magis est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil prohibet, aliquid esse simpliciter altero potius, quod tamen secundum quid ab eo deficit. Simpliciter. n. potius iudicatur quod præminet, quantum ad id quod per se consideratur in utroque; secundum quid autem quod præminet, secundum id quod per accidens se habet ad utrumque. Ostensum est autem ex ipsa ratione actus & habitus, quod actus est potior in bonitate & malitia quam habitus. Quod autem habitus sit diuturnior quam actus, accidit ex eo, quod utrumque inuenitur in tali natura, quæ non potest semper agere, & cuius actio est in motu transiente unde simpliciter actus est potior tam in bonitate, quam in malitia: sed habitus est potior secundum quid.

AD SECUNDVM dicendum, quod habitus non est simpliciter plures actus, sed secundum quid. i. uirtute. unde ex hoc non potest concludi, quod habitus sit simpliciter potior in bonitate, uel malitia quam actus.

AD TERTIVM dicendum, quod habitus est causa actus in genere causæ efficientis: sed actus est causa habitus in genere causæ finalis, secundum quod consideratur ratio boni & mali: & ideo in bonitate, & malitia actus præminet habitui.

ARTICVLVS III.

Utrum peccatum simul possit esse cum uirtute.

AD QVARTVM sic proceditur. Vnde, quod actus uitiosus, siue peccatum, non possit simul esse cum uirtute. Contraria. n. non possunt esse simul in eodem: sed peccatum quo

dammodo contrariatur uirtuti, ut dictum est. ergo peccatum non potest simul esse cum uirtute.

¶ 2 Præ. Peccatum est peius quam uitium, id est, actus malus, quam habitus malus: sed uitium non potest simul esse in eodem cum uirtute. ergo neque peccatum.

¶ 3 Præ. Sicut peccatum accidit in rebus uoluntariis, ita & in rebus naturalibus, ut dicitur in 2. Phys. sed nunquam in rebus naturalibus accidit peccatum, nisi per aliam quam corruptionem uirtutis naturalis: sicut monstrum accidit corrupto aliquo principio in femine, ut dicitur in 2. \* Phy. ergo etiam in rebus uoluntariis non accidit peccatum, nisi corrupta aliqua uirtute anime: & sic peccatum & uirtus non possunt esse in eodem.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Ethic. quod per contraria uirtus generatur & corrumpitur: sed unus actus uirtuosus non causat uirtutem, ut supra habitum est. ergo neque unus actus peccati tollit uirtutem. possunt ergo simul in eodem esse.

RESPON. Dicendum, quod peccatum comparatur ad uirtutem, sicut actus malus ad habitum bonum: aliter autem se habet habitus in anima, & forma in re naturali. Forma. n. naturalis ex necessitate producit operationem sibi conuenientem: unde non potest esse simul cum forma naturali actus formæ contraria: sicut non potest esse cum calore actus refrigerationis, neque simul cum leuitate motus delectationis, nisi forte ex uolentia exterioris mouentis: sed habitus in anima non ex necessitate producit suam operationem, sed homo utitur eo cum uoluerit: unde simul habitu in homine existente potest non uti habitu, aut agere contrarium actum: & sic potest habere uirtutem procedere ad actum peccati. Actus uero peccati si comparatur ad ipsam uirtutem, prout est habitus quidam, non potest ipsam corrumpere, sicut unus tantum. Sicut. n. non generatur habitus per unum actum, ita nec per unum actum corrumpitur, ut supra dictum est. Sed si comparatur actus peccati ad causam uirtutum, sic possibile est quod per unum actum peccati aliquæ uirtutes corrumpantur. Quodlibet. n. peccatum mortale contrariatur charitati, quæ est radix omnium uirtutum infusarum, in quantum sunt uirtutes: & per unum actum peccati mortalis excluditur charitas, excluduntur per consequens omnes uirtutes infusæ, in quantum sunt uirtutes. Et hoc dico propter fidem & spem, quarum habitus remanent informes post peccatum mortale, & sic non sunt uirtutes: sed peccatum ueniale, quod non contrariatur charitati, nec excludit ipsam, per consequens non excludit alias uirtutes: uirtutes uero acquisite non tolluntur per unum actum cuiuscumque peccati.

Sic igitur peccatum mortale non potest simul esse cum uirtutibus infusis, potest tamen simul esse cum uirtutibus acquisitis; peccatum uero ueniale potest simul esse & cum uirtutibus infusis, & cum acquisitis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod peccatum non contrariatur uirtuti secundum se, sed secundum suum actum; & ideo peccatum non potest simul esse cum actu uirtutis, potest tamen simul esse cum habitu. AD II. dicendum, quod uitium directe contrariatur uirtuti, sicut & peccatum actui uirtuosus. & ideo uitium excludit uirtutem, sicut peccatum excludit actum uirtutis. AD III. dicendum, quod uirtutes naturales agunt ex necessitate & ideo integra existente uirtute, nunquam peccatum potest in actu inueniri; sed uirtutes anime non producantur ex necessitate. unde non est similis ratio

maiori, puta adu. &c. Respondet ad hoc, quod inconpossibilitas non consistit ex maiori uel minori bonitate uel malitia, sed ex directa oppositione: magis autem opponitur uirtuti uirtuti quam peccatum: & ideo &c.

ART.

Utrum in quolibet peccato sit aliquis actus.

AD QVINVM sic proceditur. Videtur, quod in quolibet peccato sit aliquis actus. Sicut. n. meritum comparatur ad uirtutem, ita peccatum ad uitium comparatur; sed meritum non potest esse absque aliquo actu. ergo nec peccatum potest esse absque aliquo actu.

¶ 2 Præ. Aug. dicit in lib. de liber. arbit. quod omne peccatum ad eum est uoluntarium, quod si non sit uoluntarium, non est peccatum: sed non potest esse aliquid uoluntarium nisi per actum uoluntatis. ergo omne peccatum habet aliquem actum.

¶ 3 Præ. Si peccatum esset absque aliquo actu, sequeretur, quod ex hoc ipso, quod aliquis cessat ab actu debito, peccaret: sed continue aliquis cessat ab actu debito, ille scilicet, qui nunquam actum debitum operatur. ergo sequeretur quod continue peccaret, quod est falsum. non ergo est aliquod peccatum absque actu.

SED CONTRA est, quod dicitur Jacob. 4. scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi: sed non facere non importat aliquem actum. ergo peccatum potest esse absque actu.

RESPON. Dicendum, quod questio ista principi aliter mouetur propter peccatum omissionis, de quo aliqui diuersimode opinantur. Quidam enim dicunt, quod in omni peccato omissionis est aliquis actus uel interior, uel exterior. Interior quidem, sicut cum aliquis uult non ire ad ecclesiam, quando ire tenetur. Exterior autem, sicut cum aliquis illa hora, qua ad ecclesiam ire tenetur, uel etiam ante, occupat se talibus, quibus abeundo ad ecclesiam impeditur: & hoc quodammodo uidetur in primum redire. Qui. n. uult aliquid, cum quo aliud simul esse non potest, ex consequenti uult illo carere, nisi forte non perpendat, quod per hoc quod uult facere, impeditur ab eo quod facere tenetur: in quo casu posset per negligentiam culpabilis iudicari. Alij uero dicunt, quod in peccato omissionis non requiritur aliquis actus: ipsum. n. non facere quod quis facere tenetur, peccatum est.

Viraque autem opin. secundum aliquod ueritatem habet. Si enim intelligatur in peccato omissionis illud solum, quod per se pertinet ad rationem peccati, sic quandoque omissionis peccatum est cum actu interiori, ut cum aliquis uult non ire ad ecclesiam. Quandoque uero absque oī actu uel interiori, uel exteriori: sicut cum aliquis hora, qua tenetur ire ad ecclesiam, nihil cogitat de eundo, uel non eundo ad ecclesiam. Si uero in peccato omissionis intelligantur etiam causæ, uel occasiones omitteredi, sic necesse est in peccato omissionis aliquem actum esse. Non. n. est peccatum omissionis, nisi cum aliquis prætermittit quod potest facere, & non facere: quod autem aliquis declinet ad non faciendum illud quod potest facere, & non facere, non est nisi ex aliqua causa, uel occasione coniuncta, uel præcedente: & si quidem causa illa non sit in potestate hominis, omisio non habet rationem peccati: sicut cum aliquis propter infirmitatem prætermittit ad ecclesiam ire. Si uero causa, uel occasio omitteredi subiaccat uoluntati, omisio habet rationem peccati, & tunc semper oportet quod ista causa in quantum est uoluntaria, habeat aliquem actum ad minus interiorē uoluntatis: qui quidem actus quandoque directe fertur in ipsam omissionem, puta, cum aliquis uult non ire ad ecclesiam uis laborē, & tunc talis actus per se pertinet ad omissionem. Voluntas. n. cuiuscumque peccati per se pertinet ad peccatum illud, eo quod uoluntarium est de ratione peccati. Quandoque autem actus uoluntatis directe fer-

atur in aliud, per quod homo impeditur ab actu debito, siue illud in quod fertur uoluntas, sit coniunctum omissioni, puta, cum aliquis uult ludere, quando ad ecclesiam deberet ire: siue et sit præcedens, puta, cum aliquis uult diu uigilare de sero, ex quo sequitur, quod non uadat hora matutinali ad ecclesiam: & tunc actus iste interior, uel exterior per accidens se habet ad omissionem, quia omisio sequitur præter intentionem. hoc autem dicimus per accidens esse, quod est præ intentionem, ut patet in 2. Phyl. V si manifestum est, quod tunc peccatum omissionis habet quidem aliquem actum coniunctum, uel præcedentem, quod tamen per accidens se habet ad peccatum omissionis. Iudicium autem de rebus dandum est in illud quod est per se, & non in illud quod est per accidens. Unde uerius dici potest, quod aliquod peccatum possit esse absque omni actu, alioquin etiam ad essentiam aliorum peccatorum actualium pertineret actus, & occasiones circumstantes.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod plura requiruntur ad bonum quam ad malum, eo quod bonum contingit ex tota integra causa, malum autem ex singulis defectibus, ut Dion. \* dicit 4. ca. de diu. no. & ideo peccatum potest contingere siue aliquis faciat quod non debet, siue non faciendo quod debet. sed meritum non potest esse nisi aliquid faciat uoluntarie quod debet. & ideo meritum non potest esse sine actu, sed peccatum potest esse sine actu.

AD SECUNDVM dicendum, quod aliquid dicitur uoluntarium non solum quia cadit super ipsum actus uoluntatis, sed quia in potestate nostra est ut fiat, uel non fiat, ut dicitur in 3. \* Eth. unde etiam ipsum non uelle potest dici uoluntarium, in quantum in potestate hominis est uelle, & non uelle.

AD TERTIVM dicendum, quod peccatum omissionis contrariatur præcepto affirmatiuo, quod obligat semper, sed non ad semper: & ideo solum pro tempore illo aliquis cessando ab actu peccat, pro quo præceptum affirmatiuum obligat.

ARTICVLVS VI.

Super Questionis 71. Articulum 5. 2um.

Utrum conuenienter diffiniatur, peccatum, esse dictum, uel factum uel concupitum contra legem æternam.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter diffiniatur peccatum cum dicitur, Peccatum est dictum, uel factum, uel concupitum contra legem æternam. Dictum enim, uel factum, uel concupitum importat aliquem actum: sed non omne peccatum importat aliquem actum, ut dictum est ergo hæc diffinitio non includit omne peccatum.

¶ 2 Præ. Aug. dicit in li. de duabus animabus. Peccatum est uoluntas retinendi, uel consequendi quod iustitia uetat: sed uoluntas sub concupiscentia comprehenditur, secundum quod concupiscentia largo modo sumitur pro oī appetitu. ergo sufficisset dicere, Peccatum est concupitum contra legem æternam, nec oportuit addere, dictum, uel factum.

¶ 3 Præ. Peccatum proprie consistit

IN artic. 6. dubium occurrit ex Greg. de Armino. in secundo sentent. dist. 34. volente quod peccatum proprie, quod quis dicitur formaliter peccans, non est actus, nec est aliquid incomplexum significabile. & hoc probatur dupliciter. Primo, quia peccatum consistit in hoc, quod aliquis agit contra rectam rationem: sed hoc non est nisi complexum significabile. ergo. Et quia in præceptis affirmatiuis & negatiuis prohibentur peccata, & affirmantur eorum opposita, ut patet: sed in his sola complexa enunciabilia iuuentur aut prohibentur: quia cum præcipitur, Non moechaberis, nec uir, nec mulier, nec actus prohibetur, sed facere actum

In par. 4. med.

Cap. 5. to. 5.

In q. 76. ar. 2. ad 1. & 2. dist. 35. ar. 2. cor. & ad 3. & ma. q. 2. ar. 1. co. & ad 2.

ar. præced.

Li. de duabus animabus c. 11. in princ. to. 6. & 1. re. tra. c. 15. to.

actum commissionis, quod sola oratione est enuntiabile formaliter, uel equivalenter. Sed hæc Gregorii phantasia a diuo Thoma post Aug. & Aristotelem excluditur dicente hic, quod peccatum nil aliud est quam actus humanus malus. constat namque quod actus humanus malus est quid incomplexe significabile significatur namque in his nominibus incomplexis, ut fornicationis, blasphemiam, & aliis huiusmodi nominibus. Peccatum namque cum uoluntarium sit in actu secundo consistens secundum ueritatem aut sumitur materialiter, aut formaliter, aut pro toto composito. & si quidem sumitur materialiter, constat quod actus secundus est, quicquid sit illud, & potest, & nominaliter, & uerbaliter significari. uerbaliter quidem per modum actus, nominaliter autem per modum substantiam. Si uero sumitur formaliter, constat quod est priuatio, quæ eodem modo est significabilis, & similiter totum compositum:

q. 1. 2. 3. & 9. 18. ar. 4. & 6. & 9. 20. ar. 1. & 2. li. 1. de li. ar. c. 16. & uel. si. med. to. i. li. 3. q. 30. parum a pri. tom. 4.

stere uidetur in auersione a fine. nam bonum & malum principaliter considerantur secundum finem, ut ex supra dictis patet. unde & Augustinus in primo de libero arbitrio per comparationem ad finem diffinit peccatum dicens, quod peccare nihil est aliud quam neglectis rebus æternis temporalia sectari. Et in libro octuagintatrium questionum, dicit quod omnis humana peruersitas est uti fruendis, & frui utendis; sed in præmissa diffinitione nulla fit mentio de auersione a debito fine, ergo insufficienter diffinitur peccatum.

¶ 4 Preterea. Ex hoc dicitur aliquid esse prohibitum, quia legi contrariatur: sed non omnia peccata sunt mala, quia prohibita, sed quedam sunt prohibita, quia mala. non ergo in communi diffinitio-

sed quod forte decipit, est, quia non discernitur inter peccatum in actu exercito & in actu signato, & peccatum in re, id est, secundum se ut præuenit significabilitatem utranque. in actu namque exercito non nisi uerbo significatur in actu uero signato, nomine. Sed questio theologorum & philosophorum de re est, ut abstractit ab his significanti modis. Et per hæc patet responsio ad obiecta: scilicet, namque utrobique assumitur, nisi in actu exercito, cum dicitur, quod agere contra rationem, quod moechari &c. non sunt incomplexa significabilia, male quoque exponitur Augustinus, in diffinitione ista. Peccatum est dictum, factum, nisi uerificetur, quod peccatum est dictio, factio, concupiscentia, uolitio contra legem Dei.

¶ In eodem articulo pro quanto hic tractatur quid est peccatum in moralibus, & dicitur, quod est actus uoluntarius malus, scito uir doctæ, quod ut ex supra dictis in quest. 18. habes, Malum æqui uoce dicitur de malo absolute, & de malo morali, quoniam malum absolute est formaliter nullius nature, sed priuatio & nihil; malum autem morale est multarum naturarum, sicut color & alia genera. Vitium enim intemperantiæ formaliter est una species in rerum natura, & similiter actus intemperantiæ formaliter est operatio in certa specie positua. idem enim iudicium est de intemperantiæ habituali & actuali, quod ad hoc. Et quoniam illa uitium, hæc peccatum est, ideo caue in tractatu de uitiis & peccatis ne erres in principio, putans uitium & peccatum habere tantum rationem mali ratione priuationis. Oportet namque dicere, quod peccatum est actus malus dupliciter, scilicet, contrarie & priuatiue. Intemperantiæ enim est actus malus contrarie, pro quanto est actus habens contrarium obiectum formale obiecto temperantiæ: est uero actus malus priuatiue, pro quanto est actus priuatus rectitudine, quam deberet habere. Est autem inter has duas mali rationes tanta differentia, quod prima, ut dictum fuit est res quedam positua, & a Deo &c. quod secunda est priuatio, est nihil, & non a Deo. prima quoque est prior naturaliter secunda, & est fundamentum eius, quod omne peccatum est actus contrarius alicui uirtuti, & ad huiusmodi contrarietatem sequitur priuatio debite rectitudinis. Prima rursus spectat ad conuersionem, secunda autem ad auersionem inuentam in peccato utroque, & uocatur inordinatio, sed prima contrarie, secunda priuatiue. quamuis uisitato uocabulo cum de peccato est disputatio, inordinatio, deformitas, malitia, ratio mali, & si quid est huiusmodi, priuatiue sumantur in litera, ergo cum dicitur, quod peccatum est actus humanus malus, intellige quod malus & inordinatus utroque modo, utranque enim inordinationem habet actus ex incommensuratione ad suam regulam. Nam inordinationem contrarie habet ex obiecto, quod est aliquid appetitum dissonans regulæ, & ex hoc comitatur inordinatio priuatiue: quia ex hoc actus priuatur rectitudine regulæ, qua deberet informari. Et hoc bene nota, & siue menti, si uis autorem intelligere, & si uis contradictores conuincere, & naturas ui-

torum opponere, & cum oportebit fateri uicia esse uere contrarias naturas posituas uirtutibus in genere qualitatibus, & contraria sint formaliter contraria, cogentur idem dicere de adibus eorum formaliter, ex quibus generantur, & quos eliciunt. ¶ In eodem articulo, quoniam ibi dicitur, quod inordinatio est

si formale in peccato, & actus humanus est quasi materialis: dubitari potest primo de sententia: secundo de ratione De sententia quoniam an loquatur de inordinatione utranque, an de altera tantum, scilicet priuatiue: & similiter potest dubitari an intelligat actum ipsum in genere, utrum, etiam secundum speciem formalem, sed hæc ratio, quia de uerbo, & de rebus contrariis non magni facit. Verificari enim potest de inordinatione utranque, quod est quasi male in peccato. Ad substantiam actus uoluntarij in genere ut materialis. Et rursus ueritari

ne peccati debuit poni, quod sit contra legem Dei. ¶ 5 Præterea. Peccatum significat malum hominis actum, ut ex dictis patet: sed malum hominis est contra rationem esse, ut Dionysius dicit 4. cap. de diuin. nom. ergo potius debuit dici, quod peccatum sit contra rationem, quam quod peccatum sit contra legem æternam.

IN CONTRARIUM sufficit auctoritas Augusti. RESPON. Dicendum, quod sicut ex dictis patet. Peccatum nihil aliud est quam actus humanus malus. quod autem aliquis actus sit humanus, habet ex hoc, quod est uoluntarius, sicut ex supra dictis patet, siue sit uoluntarius quasi a uoluntate elicitus, ut ipsum uel lele aut eligere: siue quod a uoluntate imperatus, ut exteriores actus

potest, quod substantia actus in genere nature & moris, est uoluntaria: & inordinatio priuatiue est ut formale, ut ex dictis clarius patet. secunda tam ex positio magis uidetur literaliter in ta. De re igitur ipsa dubium est, quia diuini inordinatio non fit magis de ratione peccati, an inordinatio positua, an inordinatio priuatiue: & hoc est id quod querere, quid est ratio peccati, auersio, uel conuersio. Oportet namque, ubi quid est peccatum inueniamus, peccati quiddam diligenter inuenire, quoniam principium omnis scientie est. Quod quid est. Et scito, quod non facio difficultatem peccatorum nominibus proprijs, puta in temperantiæ, inuoluntarijs, inuoluntarijs, puta culpa, peccati, quoniam esset quæstio non de rebus absolute, ut significatur sub uocabulis, & rediret quæstio de nominibus. Sed hoc aut hoc, ne quis arguat ex hoc, quod sicut album pura qualitate significatur mali pura malitia, & peccatum pura priuatiue significatur, ex nouum significationibus arguimus, inuoluntarijs actualis, contra sumendo ly, simpuram qualitatem, igitur & sic oppositas habent determinationes de genere & speciebus, quod est ridiculum, ut re inter uiros doctos. De ipsa ergo re, qua peccati dicimus, quæcunq; noie uocetur quæstio, est. & Sco. in secundo sen. di. 3. 2. 2. quod inordinatio priuatiue, seu auersio est magis de ratione peccati: quia est ipsa essentialis ratio peccati, & hoc manifeste per oppositum quia rectitudo opposita est ipsa essentialis ratio uirtutis. & dicitur hanc suam positionem esse illo capite. I. quod peccati est formaliter priuatio: ad quod sunt totæ auctoritates a diuo Thoma. non habeo curam cite quantum recolo oppositum: sed distinguere ipse, & tantum oppositum uis mihi esse uerum secundum doctrinam eius, ut in seq. q. in 1. 2. 2. clare insinuat. Distinguo igitur in primis ex ipso in secundum dicitur q. 10. ar. 5. q. peccatum est in duobus generibus, in genere mali simpliciter, & est in genere uoluntarij, seu moralis mali. & in genere quidem mali simpliciter, reponitur formaliter in inordinatione priuatiue, seu auersionem: in genere aut uoluntarij, seu moralis mali per suam differentiam, quæ ex obiecto malo moraliter habet, reponitur. Et quoniam obiectum tale & differentiam talem, in quo inordinatio contrarie consistit, forsitur peccatum ex intentione peccantis, unde habet peccatum, quod sit uoluntarium: auersio autem, seu inordinatio non forsitur ex intentione, sed consequentio peccato in quantum uoluntarium, intimus inest inordinatio contrarie, quæ priuatiue, & conuersio quam auersio, in quantum uoluntarium mali simpliciter, intimus inest inordinatio priuatiue & auersio, quæ conuersio. Et si quis, absolute & sine distinctione loquendo, quod est dicendum, dico quod quæ peccati absolute loquendo, est magis mali simpliciter, & est uoluntarium, id utrumque: absolute recte dicitur, scilicet, & quod auersio est de ratione peccati & formale peccatum. Ad contrarietatem autem quid magis absolute, dico quod conuersio, & ratio est mali simpliciter, prima, quæ peccatum est magis uoluntarium, quod malum quod uoluntarij est se totum, quamuis diuersimode: quia conuersio principaliter, auersio secundario, non est autem malum secundum se totum, sed secundum partem, tamen scilicet priuatiue.

secunda est, quia conuersio dat peccato ueram speciem, & auer-

nel locutionis, uel operationis. Habet autem actus humanus, quod sit malus ex eo, quod caret debita commensuratione. Omnis autem commensuratione cuiuscunq; rei attenditur per comparationem ad aliquam regulam, a qua si diuertat, incommensurata erit. Regula autem uoluntatis humanae est duplex. Vna propinqua & homogenea, scilicet ipsa humana ratio: alia uero est prima regula, scilicet lex aeterna, quae est quasi ratio Dei. Et ideo Augustinus in definitione peccati posuit duo, unum quod pertinet ad substantiam actus humani, quod est quasi materiale in peccato, cum dixit, *Dictum, uel factum, uel concupitum*; aliud autem quod pertinet ad rationem mali, quod est quasi formale in peccato, cum dixit, *Contra legem eternam.*

AD PRIMUM ergo dicendum,

est tamen malum rationali uita. & sicut ad frigidum quod est contrarium calido, sequitur priuatio caliditatis non quia frigus non est calor, sed quia frigidum non est calidum: & sic priuatio habet rationem mali in subiecto, cui debetur bonum calidum, quando, sicut & ut patet in corporibus infirmis, ex frigore. Ita ad intemperantiam sequitur priuatio, non quia non est temperantia, sed quia actus uoluntatis libidinis forme intemperantis, non est temperans. Et quoniam debetur tibi actui subiecto bonum temperantiae, ideo humiliori priuatio habet rationem mali simpliciter: & sic inordinatio hic, & auersio pertinet ad peccatum, in quantum malum simpliciter inordinatio autem contraria, & conuersio pertinet ad peccatum, in quantum habet rationem mali moralis, & uoluntarii. Et quoniam inordinatio priuatiue est ultimum superueniens peccato, ideo forte in littera dicitur, quod est quasi formale in peccato: & non dicitur absolute, quod est formale. & eade ratione, actus denominatus ab illa dicitur, quod est quasi materiale in peccato. Vnum autem peccatum, quia includit haec duo, sit unum per accidens, aut unum per se, & alterum sit annexum: quamuis hic esset dicendum, ubi de quod quid est peccati tractatur in sequenti articulo, ubi de specifica distinctione peccatorum tractatur, dicitur.

In eodem sexto articulo, in responsione ad ultimum occurrit dubium. An peccatum in moralibus ex hoc ipso quod est peccatum, sit offensum Dei, & similiter auersum a Deo: an ex alio habeat, quod sit contra rationem, & ex alio quod sit offensum Dei. In littera enim distinguitur peccatum secundum has duas rationes, & dicitur quod in quantum est contra rationem, tractatur a philosopho morali: in quantum est offensum Dei, a theologo. Quod enim ex diuersis haec promanant, suadet primo ipsa distinctio facta, deinde ratio, quia ratio nostra est quoddam ens participatum: Deus autem est ipsum esse, per essentiam, constat autem, quod contrarium, uel priuatio entis participati, non est contrarium, nec priuatio entis per essentiam. Peccatum igitur, ex hoc quod est contra rationem humanam, non est offensum Dei: nec sufficit ad euadendum hoc, dicere quod quia ratio humana derivatur a diuina, quod est contra rationem humanam, est contra diuinam, tum quia cognitio sensitiua derivatur etiam a diuina cognitione, non tamen contrarium cognitioni sensitiuae, est contrarium cognitioni diuinae: tum quia ex hoc nihil aliud habetur nisi quod peccatum est contra rationem diuinam, in quantum participata est in ratione humana, quod nihil aliud est, quam esse contra effectum Dei: & quorsio est de esse contra ipsum Deum, ut offensum eius, non suorum effectuum.

Præterea, si peccatum ut sic, esset offensum Dei, & auersum

Ab eo, posset hoc cognosci naturali ratione, & a Philosophis deberet tractari, quorum neutrum apparet.

In oppositum est, quia odium Dei & blasphemia Dei, sunt peccata mortalia seculi omni fide & gratia, & naturaliter cognoscibilia non solum quod sunt peccata, sed quod sunt offensua Dei. Et hoc non, nisi quia contra rationem rectam actus odii habet obiectum, ergo. Ad hoc dicitur, quod illae duae rationes in peccato distinguuntur non ut, disparatae, sed ut subordinatae, ita quod peccatum esse contra rationem, subordinatur ad esse contra Deum, & illud inferit hoc, quasi ut inferius suum superius.

Ad id dicendum, quod prima causa peccati est in uoluntate, quae imperat omnes actus uoluntarios, in quibus solum inuenitur peccatum, & ideo Augustinus per solam uoluntatem diffinit peccatum, sed quia etiam ipsi exteriores actus pertinent ad substantiam peccati, cum sint secundum se mali, ut dicitur, necesse fuit, quod in definitione peccati poneretur etiam aliquid pertinentis ad exteriores actus.

Ad id dicendum, quod lex aeterna primo & principaliter ordinat hominem ad finem, consequenter autem facit bene se habere circa ea, quae sunt ad finem, &

in genere, & quasi subordinatur sibi ipsi, ut finis est beatitudinis reuelatae tanquam fini ultimo simpliciter. Propter quod, quicquid contrariatur Deo ut fini naturali rationalis creaturae, repugnat consequenter eidem, ut fini supernaturali, quamuis non quicquid ordinatur ad Deum ut finem naturalem, ordinatur ad eundem supernaturalem. Et ratio disparitatis est, quia bonum confurgit ex causa integra, malum autem ex particulari quocunq; defectu, cum autem finis moralium uirtutum sit bonum rationis ordinatum ad Deum, finem naturalem, ut medium necessarium ad consequendum illum, ita quod inter bonum rationis, & Deum finem rationalis creaturae, haec est connexio necessaria & in ratio cinando, & in exequendo, nam inchoando a fine, & ex eo accipiendo rationem operis, ad bonum rationis deuenitur tanquam a principio ad conclusionem necessariam: & similiter inchoando ab exequendo bono rationis proceditur ad Deum ultimum finem. Manifeste enim constat quod de summo bono mentis non deducitur malum rationis, sed bonum, & quod ad summum mentis bonum non ducit malum rationis, sed bonum. Connexo igitur bono rationis cum Deo fine naturali, oportet quod peccatum, quod est malum rationis, ex eo ipso quod contrariatur bono rationis, abducatur a Deo fine naturali, & consequenter, ut dicitur, est, supernaturali. Et confirmatur, quia peccans, puta, interperatus, constituit sibi ultimum finem in bono sensibili, puta, delectatione contraria rationi, ac per hoc cum non possit unus habere simul duos ultimos fines, ut in q. prima determinatum est, proponit rem uilissimam Deo, dans ei dignitatem diuinam ultimi finis, iuxta illud apostoli ad Philip. 3, Quorum Deus ueter est, & per hoc auertitur manifeste a Deo summo bono, & offendit ipsum quantum efficitur ex parte sua, auferens illi dignitatem propriae esse uilimum finem operum rationalis creaturae, & praeponeus illi aliud, magis diligens illud aliud, quam ipsum, quia finis ultimus est maxime amatus. Et hoc quod ex prima parte q. 48, habetur, scilicet quod malum culpae contrariatur bono diuino in se: quoniam contrariatur amori quo Deus amatur in seipso non solum charitate infusa, sed acquisita, unde inferius in q. 73, articulo 7, ad tertium dicitur, quod auersionem a regula rationis sequitur auersio a Deo, cui homo debet coniungi per rectam rationem. Peccatum igitur, seclusa omni fide, & pertinente ad illam, est contra bonum rationis, tanquam proximum finem, & contra bonum diuinum, tanquam ultimum finem, ex hoc ipso quod est peccatum: & inordinatio eius est priuatio formalis rectitudinis actus, ferens auersionem ab incommutabili bono, & offensam illius. Et quoniam beatitudo supernaturalis supponit naturalem, ex consequenti quantum est ex se, est contra Deum ut obiectum beatitudinis supernaturalis, & auersum ab eo, & offen-

C. 3. 6. 7. 8. c. 3

in cor. 8. q. 18. & 20

offensum eius. Supposita autem fide peccatum ipsum priuat re...

ideo in hoc quod dicit, contra legem aeternam, tangit auersio-

Ad quartum dicendum, quod cum dicitur, quod non omne peccatum ideo est malum, quia est prohibitum, intelligitur de p-

Ad quintum dicendum, quod a theologis consideratur peccatum praeipue secundum quod est offensa contra Deum: a philosopho autem morali secundum quod contrariatur rationi, & ideo Ar-

Ad secundam dicitur, quod peccatum aliter contrariatur rationali uitae, & aliter Deo, nam uitae rationali contrariatur formaliter sicut calidum frigidum, uel re-

Ad tertiam dicitur concedendo, quod hoc potuit naturaliter cognosci, & dici a Philosophis, ut manifeste patet de odio Dei, quamuis negantes diuinam prouidentiam circa humanos actus de his non fuerint solliciti.

Super questionis 72. articulum primum.

In art. 1. quaest. 72. sunt multa dubia simul tractanda. Primum est de conclusione ipsa ex Scoto in secundo sent. dif. 35. uolente quod peccata distinguuntur specie ex parte auersionis. Et ratio sua est, quia auersio est ipsa formalis ratio peccati, conuersio autem spectat ad materiale. constat enim quod specificatio est ex formali, & non ex materiali.

Præterea peccatum est in duplici genere, scilicet mali moralis & mali simpliciter, & utroque modo specificatur, ergo non est aliter tantum specificatio asserenda, reliqua omissa. Et si dicatur, quod una est priuatiua, & altera positiva, hoc neutram exclusi-

Si dicatur quod una est per se, & altera per accidens, ut in litera dicitur, bene respondeatur: sed est probandum, & infur-

git secundum dubium de ratione in litera posita, scilicet conuersio, seu talis actus per se intenditur a peccato, conuersio autem per accidens. ideo specificatio est ex parte conuersio-

Et circa hoc quaerunt nouem.

Primo, Vtrum peccata distinguantur specie secundum obiecta.

Secundo, De distinctione peccatorum spiritualium, & carnalium.

Tertio, Vtrum secundum causas.

Quarto, Vtrum secundum eos, in quos peccatur.

Quinto, Vtrum secundum diuersitatem reatus.

Sexto, Vtrum secundum omissionem & commissionem.

Septimo, Vtrum secundum diuersum processum peccati.

Octauid, Vtrum secundum abundantiam, & defectum.

Nono, Vtrum secundum diuersas circumstantias.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccata differant specie secundum obiecta.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod peccata non differant specie secundum obiecta. Actus enim humani prae-

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod peccata non differant specie secundum obiecta. Actus enim humani prae-

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod peccata non differant specie secundum obiecta. Actus enim humani prae-

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod peccata non differant specie secundum obiecta. Actus enim humani prae-

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod peccata non differant specie secundum obiecta. Actus enim humani prae-

Ad octauid sic proceditur. Videtur, quod peccata non differant specie secundum obiecta. Actus enim humani prae-

Ad nono sic proceditur. Videtur, quod peccata non differant specie secundum obiecta. Actus enim humani prae-

li. i. de li. ar. c. 16. tom. 1.

34. ca.

in prim.

lib. 33.

28. art.

in 54. ar.

prae-

art. 6.

4. illis

lo. pri.

decli-

no. ad u.